

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre II](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - I, 05 : De Partibus fabularum](#)

Mythologia, Venise, 1567 - I, 05 : De Partibus fabularum

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre I

[Mythologia, Francfort, 1581 - I, 05 : De partibus fabularum](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre I

[Mythologie, Paris, 1627 - I, 05 : Leurs parties](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre I

[Mythologie, Lyon, 1612 - I, 05 : Des parties des Fables](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567
Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50
Formatin-4
langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 6v°

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024



Mythologiæ.

pueros: neq; delectationis tantū sit causa, sed habet præterea admonitiōē nam conatur clam docere & adhortari. Neque apologus igitur simplex, neque fabulæ illæ, quæ sunt poematum argumenta, dicuntur Aeni: sed quod ex his utrisque quodammodo compositum fuerit, cum admonitione intra se inclusa atque hæc sufficiant de apologorū, Aenorū, fabularūque differentiâ.

• **ASQUM**

De Partibus fabularum.

Cap. V.

- 10 **F**abularum partes, earum scilicet, quæ apologi dicuntur præcipuè, dux sunt; rei explicatio, & id cuius causa: siquidem Aeni & poematum argumenta eam vim habent, ut initas partes hæc intra se cōtineant: quæ nemo propè est, qui suapte ingenio non possit elicere. At quoniam apologi simplices sunt plerunque, omnesque fabulæ probitatis & prudentiæ causa sunt, necess. fuit singulis suos fines addidi sse. Vbi igitur priorem orationis partem ad informandos mores accommodamus, præcedit *propè* appellatū, quasi præcedens fabulæ admonitio: vbi extremam partem ad mores regendos deduxeris, fiet *conclusio* sequens scilicet admonitio fabulæ. Quæ fabulæ alteram harum partium non habuerint, sed intra se inclusam, collocandæ sunt in priore classe. Quæ fabulæ sunt Deorum genealogicæ simpliciter, illæ
- 20 quoniam his maxime vsi sunt poëtæ suis poematis exornandis, poëticæ vocantur, quæ vel ad generationem elementorum attinent, vel ad res arcanas naturæ, vel ad motus & vim planetarum; omnes siquidem hæc haud simplicem habent narrationem. Cum fabulas has ad veram interpretationem deducimus, sset interpretationi proprium nomen tribuendum, sed adhuc sine illo persistit, nisi appellemus allegoriam. Sunt autem hæc solæ propè fabulæ, quæ iucunda, quæ magnifica, quæ admirabilia fecerunt antiquorum poemata, eaque locupletarunt: nam si fabulæ hæc de scriptis poëtarum eximerentur, nihil propè esset in iis admirabile, aut iucundum.

30

De fabularum scriptoribus

Cap. VI.

- A**pologorum & fabularum poëticarum antiqui fuerunt scriptores complures: qui tamen ad ætatem nostram peruenierint, non adeo multi. Fuit Aesopus Samius ingeniosissimus consingendorum apologorum artifex, à quo omnes postea apologi dicti sunt Aesopici. Hesiodus præterea fabulosos Deorum ortus carminibus cecinit. Memoriz prodidit Eusebius Porphyrium etiam libros composuisse, in quibus fabulosas Deorum genealogias ad naturæ rationem & opificium perducere conatus est. Zeno, Cleanthes, Chrysippus, ut ait Cicero in libris de Natura Deorum, fabularū antiquarum expositiones in suis voluminibus complexi fuerant, quæ tamen ad nos non peruenierunt. Istud ipsum fecit Orpheus, Musæus, Mercurius, Linus, antiquissimi poëtæ, & Phurnutus, & Palaphatus, & Ponticus Heraclides, Silenus Chius, & Anticlides, & Euartes & alii complures mythologi quorum commentarii vna cum scriptorum nominibus penè intereiderunt, è quibus Ovidius sua in varias formas mutatorum corporum depromptit argumenta. Nam in quibus voluminibus tot extabant figmenta, quantam aliarum fabularum fuisse mirabilitatem credibile est? ac tot de fabularum scriptoribus.

De